Quelle: https://manuscripta.at/?ID=109
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ret· uxor blasphemus· protinus insurrexit·
Inter cetera contumeliose proferens· Num-
quid sancta fides bibit uinum· Stulte et in-
sipiens· An ignoras quod qui non bibit· non
indiget uini· rursusque cum audisset quod
clauiger non esset· iactauit se summo pede cla-
uem penoris gestare nec usquam tante
soliditatis ualuas esse quas solo pedis·
pulsu non frangat· hec dicens non minimo
feriendi conatu recta quod intrauerat quem
parietem· ostentans quo uirium robore
cellarii portas esset pulsaturus· Adhuc
tamen itinere longe semotus ab ipso·
penore· Rursus quoque cum ut secundo pau-
teret· pedem superbe tollens poplitem se
reflecteret· in ipsa sui complicatione
neruis poplitis amisso mouendi uigore
obriguere· Ita tormentatus· ut miseram
non plus biennio protraheret uitam· Fuit et
alter nomine Hildebertus quidam rustico·
armentum abstulerat porcinum· Quem cum
nec placrimosa peticione nec preue-
rentia sanctorum redderet· sic superbe elatus
dixit huius carnis offas· super feruentes
prunas sparsim positas· assari dili-
gentissime faciam· Quibus satur subinde
uino monachorum crasse guttur faciam·